



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

Quomodo liberatus est herodes i[n] morte tyberij. ca. Ixij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

## Actuum apostolorum

seuunt in subditos.

In quo herodes offendit tiberium.

Capl'm. LXXI

### Im quadrâ die

more solito incitaret agrrippa tiberium ut traheret auriga eius de carcere. Redit tiberius: sed ipsum ei non expedire, cum in presentia ipsius vellet eum vincula sus acculare. Et cum in nullo sibi conscientia esset agrippa, restatus est se velle ut extraheretur et accusaret eum. Eductus ille de carcere arguit eum de crimine lese maiestatis, quia orationem a morte imperatoris. Tunc ait tiberius carcerario. Ligat hunc. Intellexit carcerarius hoc preceptum esse de eo qui eductus fuerat et ligatum retritus in carcerem. Quadam autem die cum deambularet tiberius in bipodio, id est, in circulo equorum, et teneret agrippam per manum vocato carcerario dicit ei, Ligat hunc. Et miratus est ille et vniuersi quod pateret agrippam ligari: cum purpuram incederet, et quia erat de regio semine. Tunc autem duxeret agrippam ad carcerem: patiebatur situm intolerabilem, quia splendide comedebat, et forte occurrit ei portitor aque: et dedidit ei bibere. Et postquam refocillatus est, permisit quod in primo remuneraret eum in regno suum: confidens quod in proximo gauius esset resgnatus, et positus est in carcerem. Et dum quadrâ die in carcere manens starerat innixus arbori: cuius frondibus insidebat bubo, ac cessit ad eum vonus de cōcaptiuis: et locutus est ei. Nol inquit estimare quod adulando loquar tibi: cum sis cōcaptiua mea. Volo enim indicare tibi quod indicauerunt mihi dominum. Erat autem perfidus in augurij. Toto inquit liberis a carcere, et intemperante sublimaberis, ut etiam inuident tibi omnes amici tui et noti, et in hac prosperitate morieris: relinquent bos na tua filii tuis. Quâcito autem huius generis alitem videris amplius super te. Scito quia quinta die morieris.

Quomodo liberatus est herodes  
in morte tiberii.

Capl'm. LXXII

### Im autem esset

herodes in carcere: deferebat ei honorem domini carceris, sciens eum esse virum nobilem et familiarem gauem, et sustin-

nebat tanquam ignorans multas commoditates sibi fieri in carcere ab amicis suis, et fuit in carcere per sex menses. Postea cum esset tiberius apud campas cepit infirmari infirmitate quam postea mortuus est. Etsi in chronice alibi legat mortuus, non est curandum ubi mortuus sit. Vident autem se moriturum: conoscatis nobilibus imperiis sui et duobus nepotibus gato et tibero: statuit ut in crastino substitueret sibi successorem. Sed prius voluit consulere mentem deorum, et orauit deos suos ut intimarent ei quem neptum suorum vellent ei substitui in impio. Et statuit apostolus ut illum qui prius ventret ad eum in crastino no constitueret imperatorem, ut ita quasi per sortem eligeret: et tam significavit tibero ut por veniret. Qui mane noluit venire nisi prius. Et cum mitteret tiberius nuncios ad nepotes suos non inuenierunt nisi galum. Et venit galus por ad tiberium. Quem videt tiberius fleuit amare: dolens quia alter non venerat quem volebat substituere, quia tenetius eum diligebat: sed dissimulabat. Et locutus est ad eum tiberius. Fili tu succedes mihi in imperio: quod potius debebas tibero quam iure hereditario: tanquam filio filii, sed ego video te utilem imperio: et noui metes deorum. Lane ergo ne molesta eum: sed semper habeas eum tanquam fratrem. Satage ut negotia imperii sapienter disponas: et exequias funeralis mei imperiali honore perficias. Et conuocatis nobilibus: denunciavit eum imperatorem: et mortuus est. Et statim aliquatu[m] insonuit fama in ciuitate romana de morte tiberii, et venit quidam hebreus amicus herodis agrippe ad carcerem: et hebraice dixit ei. Mortuus est leo. Et cepit agrippa mirabiliter gratulari: adeo ut quereret ab eo dominus carceris que esset causa tante exultationis. Et confessus est, quia ille significauerat ei hebraice mortem tiberii. Et statim dominus carceris liberauit eum: et statuit sibi collateralem in mensa. In crastino insonuerunt alii rumores, scilicet quod tiberius conualuerat, et tertia die ibhom ventur erat. Tunc arguit eum dominus carceris quia deceperat eum: tis mens ne in caput eius rediudaret quod liberaret eum, et mirabiliter verberauit eum, et retrusit eum in carcere. Postea increpauit certi rumores de morte tiberii et substitutiōe gauem. Et venit galus ibhom: et sepelivit tiberium honorifice.

33